



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

86 Imagines sacras colere, ac debita religione venerari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

## SIGNVM LXXXV.

IGNOMINIAM ILLATAM  
contemnerere.

1. *A* *Gesilau Lacedam. Rex* cum in ludo quodam solenni in locum parum honorificum collocatus esset: *Bene habet, dixit: ostendam enim non locum viris, sed viros loco conciliare dignitatem.* Plut.

2. *Q. Fabius Maximus*, ne Cunctatoris quidem nomen repudiavit, modò cunctatio illa patriæ profutura esset, nec prætulit rumores hominum publicæ utilitati. Maluit dux utilis esse, quàm vana & stulta prædicatione nobilitari. *Sab. lib. 10. c. 1. ex Plut.*

## SIGNVM LXXXVI.

IMAGINES SACRAS COLERE,  
& debita religione venerari.

*Imagines  
sacras cole-  
re.*

1. *D* *Amasus, in vita Syluestri, scribit, Constanti-*  
*num* in loco, ubi fuerat baptizatus, posuisse  
Agnum ex auro purissimo: ad dexteram Agni sta-  
tuam argenteam Saluatoris, ad læuam statuam ar-  
genteam Ioannis Baptistæ: in Ecclesia autem ipsa  
Laceranensi, posuisse imagines argenteas Salua-  
tori, Apostolis duodecim, & Angelis quatuor.  
*Bellarin. lib. 2. de Imag. Sanct. c. 9. & 28.*

2. *Abagarius* Edessæ Syriæ ciuitatis Rex, cum eo  
nomine, inquit Damascenus, *de Fide Orthod. lib.*  
*4. cap.*



4. *cap. 17.* pictorem misisset, vt Domini imaginem exprimeret, neque id pictor, ob splendorem ipsius vultu manantē consequi potuisset, hinc proditum est, Dominum ipsum Diuine suae ac uiuificae faciei palliū (lintheum) admouisse, imaginemque suam ei impressisse; sicque illud ad Abagarum, vt ipsius cupiditati satisfaceret, misisset. (Litteras Abagari ad Christum, & vicissim Christi ad ipsum, lege apud Eusebium *lib. 1. Hist. cap. 13.* & Augustinum *epist. 263 edit. Louan.*) De hac imagine non manufacta Nicephorus, *lib. 2. cap. 1.* Euagrius, *lib. 4. cap. 26.* Damascenus, *lib. 1. de imaginibus*, Concilium Nicænum II. *Metaphrasi 10. Augusti, & 15. Nouembris, & in Vita Alexandi eadem celebrant Græci anniuersariam solennitatem 17. Kal. Septembris.* Baronius Anno Christi 31. ex Theophane tradit, ingentes copias lefarum huius sine manu factæ imaginis prædicationem quam secum in acie duxerat Philippicus Imperator sub Mauritio Imp. esse penitus proffigatam. Euagrius testatur Edessæ ingens miraculum. Celebratum per hanc Imaginem. Constantinopoli celebratur dies festus in die translationis hanc Imaginis ex Edessa Constantinopolim.

3. Nicephorus, *lib. 14. cap. 2.* scribit, *Palatium augustam* posuisse in templo, quod Constantinopoli ipsa extruxerat, imaginem B. Mariæ, quam è Hierosolymis ad eam miserat Hadrianus.

4. *Valentinianus Iunior*, admonitus à Sixto papa (vt in Vita Sixti scribunt Anastasius, qui impleuit Pontificale Damasi, Platina, & alij) posuit in Ecclesia Sancti Petri supra turrim ad id est, super Altare B. Petri, imaginem ad-



ream Saluatoris, gemmis pretiosissimis ornatam, & duodecim Apostolorum imagines item aureas.

5. Lampridius refert, *Alexandrum Severum Imp.* in suo Larario imagines Christi & Abrahæ habuisse.

6. Scribit Zonaras, in *Vita Michaëlis*, cum Leo Armenius imagines persequeretur, filium eius *Sabatium Constantinum*, qui mutus erat, accessisse ad statuam S. Gregorij Nazianzeni, & Sanctum ipsum mente precatum, loquendi usum Domino miraculo recepisse.

7. *Constantinus Magnus*, ad exemplum Crucis, quam tertio in aëre viderat, & in cuius virtute tertio insignem ab hostibus victoriam reportarat, (primam Romæ de Maxentio, alteram de Bizantinis, tertiam de Scythis) tres pulcherrimas æreas Cruces Constantinopoli erigi curavit. *Niceph. lib. 8. cap. 32.* Adhæc *Labarum*, (vt refert Eusebius *lib. 9. cap. 9. & 1. de Vita Constantini.*) quod ante Imperatores gestari solebat, & à militibus adorari, idem Constantinus in formam Crucis redegit; sic tamen, vt etiam vexilli formam non amitteret. *Sozom. lib. 1. cap. 4.* scribit, ideo Constantinum vertisse Labarum in Crucem, vt milites assuecerent Crucem venerari. Idem Constantinus (vt refert Eusebius *1. de Vita Constantini.*) Romæ deuicto Maxentio, in loco celeberrimo erexit Crucem, cum his verbis: **HOC SALVARE SIGNVM.** Et rursus in manu dextera statuae suæ Crucem apponi iussit, cum his verbis: **HOC VNO VERAE FORTITVDINIS SIGNO VRBEM VESTRAM LIBERAVI,**  
&c.



&c. item Decreto cauit, ne deinceps vlli faceret  
rosi Cruci affigeretur, vt Crux non amplius hor-  
rori, sed amori & venerationi omnibus esset, vt  
scribit Sozom. *lib. 1. cap. 8.* & Augustinus *Serm. 11.*  
*de Verbu Domini.* Et e contrario, in pecunijs, quae  
omnes amant, Crucis figuram excudi iussit, vte-  
dem Sozom. refert.

8. Constantini pietatem imitatus Theodosius  
*Imp.* prohibuit, ne Crux humi sculperetur, vt  
pingeretur, ne sacrum Signum pedibus calcetur:  
ita enim habetur *lib. 1. Codicis tit. 8. l. C. de  
nobis.* Eidem Crux munimen & ornamentum  
fulgens in armis atque militaribus signis erat.  
Baronius Anno Christi 394. qua & suam vultu  
munire frontem magis, quam corona ac diade-  
mate ornare caput, eidem curae erat: cum, con-  
stitis illis, hanc, vt Christianorum Principum  
gale fertum, summum capitis ornamentum de-  
gumentum superindueret: de quo Chrysostomus,  
*Hom. 3. in Pentecost.* Ante haec, inquit, ma-  
lij & persecutores erant Reges, nunc vero ad  
lum p: aferunt pietatem, & ingredientes in  
Ecclesia, deponunt coronam, & Crucem Christi  
depingunt in suis frontibus Theodosius pater  
filius Theodosij, religione ac pietate impu-  
Hinc S. Hieronymus, *epist. 7.* Regum purpurati  
ardentes diadematum gemmas patibuli dante-  
ris pictura condecorat. S. Augustinus *m. Plat.*  
54. iam in fronte Regum Crux illa fixa est, cui  
nimiti insultarunt, Et S. Chrysostomus, *ad  
Gentiles, quod Christus sit Deus:* Hoc male  
hoc abominabile, hoc extremi supplicij fructu-  
lum, Crux, diadematis & coronis clarus  
est. Neque enim sic Regia corona ornatur cap-



vi Cruce, quæ omni cultu dignior, & c. Subinde omnes ea se signant, inscribendo in nobilissimum membrum nostrum: in fronte enim nostra, quasi in columna, quotidie figuratur, & c. Omnes ipsa magis ornantur, quàm diadematum coronis, vel multis gemmatis monilibus & torquibus. Er, *Hom. in Psalm. 109.* Non solum priuati, sed & qui sunt diademate redimiti, eam potius gestant, quàm diadema: & merito quidem: est enim innumeralibus diadematis melior: diadema enim ornæ caput, Crux autem munit mentem.

9. Theodosium secutus *Arcadius* filius, auream monetam cum signo Crucis cudi iussit, teste *Prospero, de Prædictionibus & Promissionibus, part. 3. cap. 34.*

10. *Tiberius* quoque *Imp.* Theodosij legem sequutus, cum vidisset in Palatio humi Crucem in marmore incisam, mox erigi iussit, dicens: *Cruce Domini frontem & pectus munire debemus, & nos eam pedibus terimus?* testis *Paulus Diac. lib. 18. rerum Rom.* ubi addit, sub illo marmore repertum ingentem thesaurum, amplius centum millium aureorum, in remunerationem pietatis tam religiosi Principis.

11. Cum Anno Christi 427, Christiana pietas propensiori cultu, ut par erat, sanctissimam Domini Crucem coleret, & passim vbique locorum eandem pingeret, vel sculperet, ne hac ex parte ætæ religio irreuerentiæ patefaceret aditum, *Imp. Theodosius & Valentinianus* eiusmodi sanctionem ediderunt: (*l. i. v. Nemini licere signum:*) Cum sit nobis cura diligens, per omnia superni Numinis religionem tueri, signum Saluatoris Christi nemini licere vel in solo, vel in silice, vel



in marmoribus humi positis insculpere, vel pingere; sed quodcunque reperitur, tolli grauiſſima poena maſtando eos, qui contrarium Statuta noſtris tentauerint, ſpecialiter imperamus.

## SIGNVM LXXXVII.

INIVRIAS A SVBDITIS  
propulſare.

*Ab iniuria  
ſubditos de-  
fendere.*

1. **M**iles quidam loco nobili ex eo numero quos Hiſpani Inſanſones vocant, in Gallæcis ruſticum quendam bonis omnibus euenerat. Monetur à Rege Hiſpanie Alphonſo, eo quod cõtus eſt Imperator, atque Prouincia Prætorum, damna reponeret ei, qui pertuliſſet, obtemperare contempſit. Diſſimulauit in præſenti iram, & cæteris rebus prætermiſſis, priuati habitusque res tectior eſſet, Toletum in extremam Galatiæ delatus, repente militis ædes obſedit, diſpoſuit circum militibus, ne poſſet euadere, fugientes que ſupplicij metu comprehendi, atque præterea adibus (pro foribus) laqueo ſuſpendi ſeu ſingulari mandauit. Vno facto imperij auctoritas ſanxit, atque innocentiam, inſolentis hominum recordiam vltus eſt, & ſuo nomini immortalem laudem peperit. Vide Signum 92.
2. Cum Conſtantiuus, & nonnulli alij Chriſtiani Imp. poſſent ipſa Deorum templa diuinijs reſeque ſpoliare, prout fecerant nonnulli ex Ethnicis Imp. abſtinuerunt nihilominus, cum alioquin ſummo iure id facere potuiſſent, tum quod deum monum nullus proſus cultus eſſe deberet, tum quod ex illis compenſari poterant rapina, quæ